\#

Dulcia non meruit qui non guſtavit
amara.   XXXXIII.

Scio Auditores me hodierna die dicturum quæ
prima ſpecie haud quaquam auribus veſtris grata
erunt, ſed Medici quoque graviores morbos aſ-
peris remedijs curant et ſæpe amarus ſuccus ægris
opem tulit. Accidit nunc ex hoc perverſi ſæculi
genio ut plerique ignorare velint quo fonte ſua ipſorū
ſalus fluat, et (quod iniquius eſt.) è gremio ſuo
temerè ejicere et propellere adventantem conentur
dum aſpera ſubterfugiunt, vilia non conſiderant, vel
ipſi mori dumum aſpicerent, viderent utique inter
ſpinas dulces fruges naſci, nec tam facile acerbe
perpeti recuſarent, Vos verò Auditores accipite
libenter amaritudinem quam vobis hodierna die
propino, nec liceat cuique animum ſed os duntaxat
exacerbare, ita enim fiet ut, cum degustaveritis
magnam inde dulcedinem percipiatis, non poſſum tamen
ſi quis fortaſſe velit, mel ante fel illi concedere